

ditis presentibus et futuris sub debito fidelitatis, homagii et subiectionis cuiusvis, quibus nobis, regno vel imperio sunt astricti, ne quisquam aliqua fortalitia, munitiones aut castra infra leucam unam a locis iurisdictionis aut districtus archiepiscopi et ecclesie Treverensis, quam prerogativa venerande senectutis merito precellentem pre ceteris decernimus huiusmodi privilegio decorari, sine expresso consensu suo erigere, collocare vel facere valeat seu audeat in futurum, volentes, quod, si quisquam contraire presumpserit, cum hoc, quod etiam indignacionem nostram et imperii incunctanter incurrit, per archiepiscopum et ecclesiam predictos suosque fautores sine iuris iniuria impugnari valeat et repelli¹.

*L 39 XV: wörtlich wie vorher, jedoch unter Auslassung von 'sub debito — astricti'.

*1346 Dez. 2 (B.-Huber 284).

Hiis igitur favorabiliter attentis prefato archiepiscopo et sue ecclesie infrascriptam duximus gratiam faciendam, omnibus sacri imperii fidelibus et subiectis firmiter inhibentes, ne . . . prerogativa * precellit . . . consensu dicti archiepiscopi vel successorum eius erigere . . . presumpserit, quod * per archiepiscopum eius successores et ecclesiam . . . fautores super hoc sine . . . repelli.

*1354 Januar 8 (B.-Huber 1738)².

Hinc itaque firmiter inhibemus, ne . . . venerande vetustatis prerogativa . . . consensu suo vel successorum suorum erigere . . . facere vel constructa aut erecta tenere valeat seu attemptet * et id . . . archiepiscopum * et ecclesiam predictos eorumque amicos ac fautores * sine . . . repelli et nichilominus gravem nostram et sacri imperii indignationem et penam quinquaginta librarum auri puri se ipso facto noverit incurrisse, medietate eiusdem fisco regio et reliqua dicte Treverensi ecclesie eiusque presuli applicanda.

*K 56 XI: Item firmiter fisco imperiali seu regio et reliqua Treverensi archiepiscopo existenti pro tempore applicanda.

1) Vgl. § 9 des 'Priv. in fav. etc.'. 2) Vorher war schon 1352 Sept. 20 (B.-Huber 1510) ein allgemeines Mandat seitens des Königs in deutscher Sprache erlassen worden.